Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ad domos urbis huius et ad do
mos regis iuda que destructe sunt
et ad municiones et gladium
venientium ut dimicent cum caldeis
et impleant eas cadaveribus ho
minum quos percussi in furore meo
b et in indignatione mea abscon
dens faciem meam a civitate
hac propter omnem maliciam
eorum Ecce ego obducam eis cicatri
cem et sanitatem et curabo eos et
revelabo eis deprecationem pacis
et veritatis Et convertam conversio
nem iuda et conversionem iherusa
lem et edificabo eos sicut a prin
cipio et emundabo eos ab omni
iniquitate sua in qua peccaverunt
michi et propicius ero cunctis
iniquitatibus eorum in quibus
dereliquerunt michi et spreverunt
me Et erit michi in nomen et
in gaudium et in laudem et in ex
ultationem cunctis gentibus ter
c re que audierint omnia bona que
ego facturus sum eis et paveb
unt et turbabuntur in universis
locis et in omni pace quam ego fa
ciam eis Hec dicit dominus
Adhuc audietur in loco isto quem
vos dicitis esse desertum eo
quod non sit homo et iumentum in ci
vitatibus iuda et foris iherusalem
que desolate sunt absque homine
et absque habitatore et absque
pecore vox gaudii et vox leti
cie vox sponsi et vox sponse vox
dicentium confitemini domino exer
cituum quoniam bonus dominus
quoniam in eternum misericordia
eius et portantium vota in
d domo domini Reducam enim
conversionem terre sicut a princi-

pio dicit dominus Hec dicit do
minus exercituum Adhuc erit
in loco isto deserto absque ho
mine et absque iumento et in cunc
tis civitatibus eius habitaculum
pastorum accubantium gregum
in civitatibus montuosis et in
civitatibus campestribus et in
civitatibus que ad austrum sunt
et in terra beniamin et in circui
tu iherusalem et in civitatibus
iuda adhuc transibunt greges
ad manum numerantis ait
dominus Ecce dies veniunt
e dicit dominus et suscitabo ver-
bum bonum quod locutus sum ad
domum israhel et ad domum iuda
In diebus illis et in tempore
illo germinare faciam david ger
men iusticie et faciet iudicium
et iusticiam in terra In diebus
illis salvabitur iuda et israhel ha
bitabit confidenter Et hoc est
nomen quod vocabunt eum dominus
iustus noster Quia hec dicit do
minus Non interibit de david
vir qui sedeat super thronum dom
us israhel et de sacerdotibus
et de levitis non interibit vir a
facie mea qui offerat holocaus
f tomata et incendat sacrificium
et cedat victimas omnibus di
ebus Et factum est verbum domi
ni ad iheremiam dicens Hec
dicit dominus Si irritum po-
test fieri pactum meum cum die
pactum meum cum nocte ut non
sit dies et nox in tempore suo
et pactum meum irritum esse pote
rit cum david servo meo ut non
sit ex eo filius qui regnet in
throno eius et levite et sacer-